



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

21. An domus Parrochorum, Canonicorum, & aliorum Ecclesiasticorum
existentes prope triginta passus Ecclesiae gaudeant eius Immunitate
etiamsi habitentur à laicis? Et notatur, quod noml[i]ne passus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

celebrato anno 1515. & absolutè loquitur; nec distinguit, si Palatum Episcopi situm sit intra spatiū quadraginta passuum, necne. Ergo absolutè dicendum domos Episcoporum, in quocumque loco sita sunt gaudere Ecclesiarum immunitate.

3. Primo; quia, ut dictum est, expresse & sine vlla limitacione in supra citato cap. id confitimus, conceditur domui Episcopi hoc priuilegium, igitur non est limitandum, cum favorabile sit & pium.

4. Secundo; quia si intra quadraginta passus debet domus Episcopalis existere, ut hoc priuilegio gaudere, nulla ei specialis prærogativa conceditur, que non concedatur cuilibet alteri domui Ecclesiæ, vel Cononicorum ibi existente, ut supra dictum est, cùm iis omnibus in probabiliſſima ſententia hoc priuilegium confeſſum fit.

Supra que
lic est Ref.
7. Signanter
8. Reſtē. &
in Ref. 1.
post seq.

5. Tertiò: quia tale priuilegium non conceditur, quia ipsa domus Episcopi deputata sit diuinis officiis; nullæ enim talis est: neque quia Ecclesiæ adhæret, tanquam aliquid illius, alia cæteris domibus hoc eſſet priuilegium concedendum: sed conceditur in reuerentiam & decorum dignitatis Episcopalis, quæ est maxima dignitas in Ecclesiæ. Et ita tenient hanc ſententiam Abbas, Archidiaconus, Ioannes Andreas, Zabarella, & alij quos citat, & ſequitur Farinacius de immunit. cap. 17. num. 273. quibus addit Perſicu[m] de offiſe. Sacer. lib. 1. cap. 9. dub. 11. num. 97. Fagundez part. 2. lib. 4. cap. 4. num. 60. Quia quidem ſententia procedit, etiam palatum Episcopi non habeat oratorium pro celebrazione Miffæ, ut inter alios obſeruat Ganciatura lib. 4. cap. 3. num. 7. & ex Archidiacono Farinacius ubi supra, & alij penſe me ipsum in part. tract. 1. refol. 27. & me citato Ciatlinus controverſ. Foreſc. cap. 116. num. 14. Giuſcius confl. 10. num. 13. Qod euidenter patet ex rationibus ſuperiis adductis: & hoc priuilegio gaudere domum Episcopi; etiam si sit absens vel mortuus, optime docet Italia lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 4. & 13. cap. 16. num. 49. favor extendi debet. Deinde, ut obſeruat Gambacorta lib. 4. cap. 3. num. 7. hæ immunitas confeſſa eſt loco, ratione perſonæ Episcopalis, propter sanctitatem minoris, & dignitatis: & ideo, ut diximus, palatum Episcopi gaudet immunitate, etiam sine Capella, & etiam extra quadraginta passus Ecclesiæ. Ergo in quacumque parte fuerit Episcopus, ratione eius perſonæ, cuius intuitu conceſſum fuit hoc priuilegium, gaudere debet immunitate eius palatum. Nec valet argumentum Peregrini; nam licet Episcopus in aliena diœcesi non possit exercere Pontificalia, attamen dignitas eius perſonæ, etiam in tali loco, magnam habet reuerentiam & autoritatem. Vnde Episcopus aliunum Episcopum in sua diœcesi debet valde honore, & particularem reuerentiam exhibere, & in loco eminentiori, & in propria ſede collocare, etiam ſi ſuſcipit, Cardinalis ſit, & qui ſuſcipitur, non: ut habeat in cap. Episcopi 7. quæſt. 1. & docet Mauritius Alzedus in praxi Episcop. part. 1. cap. 6. num. 11. ubi citat Chalaneum, & Zerolam.

Quæ hic eſt
supra Ref.
17. & in aliis
eius not.

Sup his in
fine prece-
di notis Ref.
& inſta in
tract. 7. Ref.
49. & Tom. 4.
Ref. 7. in tri-
bus eius pri-
mæ lin. & ad
medium §.

6. Restat modò respondere ad ea, quæ pro ſua ſententia adducit Sarpus; nempe à Sacris Canonibus imponitum eſſe Episcopo habere domum proximam, & adhærentem Ecclesiæ. Refpondeo primò his temporibus hoc non eſſe verum, ut patet in Cœremoniali Romano edito à Clemente VIII. cap. 2. ubi ſupponit Episcopum poſte habere domum in loco diſtantia ab Ecclesiæ. Adde quia illa iura priuilegiis temporibus fuerunt publicata, quando Clerici hababant unā cum ipſomet Episcopo: & ideo illa iura præcipiunt, quod domus Episcopi non debet abſeſſe ab Ecclesiæ maiori: ſed quia noſtri temporibus Clerici diſperſi habitant quicquid per ſe ipſum: idē nihil refert, an domus Episcopi abſit ab ipſa Ecclesiæ. Ita Italia lib. 1. cap. 4. 8. 9. 11.

7. Veleſiam ſecundo respondere hoc argumentum non conuincere: quia non quicquid fit contra ius, collit immunitatem a iure confeſſam, Ira Bonacina tom. 2. tract. 11. diſputat. vñc. punct. 6. n. 12. in fine. Sed quia post hæ ſcripta quæſtio incidit inter viros doctos, quid dicendum ſi de Palatio Episcopi Titularis, & quid de Palatio Episcopi extra ſuam Diœcesim commorantis, non grauabor hic ea, quæ runc meditatus ſum apponere. Ideo quæro.

R E S O L . XX.

An palatia Episcoporum extra eorum Diœcesim gaudeant immunitate?

Et an palatia Cardinalium extra Urbem existentium dicta immunitate gaudeant?

Et an Palatia Episcoporum etiam ſine capella, & diſtantia ab Ecclesiæ extra 40. paſſus gaudeant immunitate. Ex part. 4. tract. 1. Refol. 40.

5.1. S

Atis firmatum eſt in part. 1. tract. 1. refol. 27. Sup. hoc eſt ſupra Ref. 17. & in aliis eius not.

palatia Episcoporum etiam ſine Capella, & diſtantia ab Ecclesiæ extra 40. paſſus gaudeant immunitate, quod etiam docet Acugna in decreto. Gratianni part. 1. diſp. 87. cap. 2. num. 2. Correa reſell. de immunit. part. 2. num. 19. & Alzedus in prax. Episc. part. 1. cap. 12. num. 77. vi melius patbit infra.

2. Sed diſcultas eſt, an dicta immunitate gaudeant palatia Episcopi extra diœcesim? & negatne respondet Peregrinus de immunit. cap. 4. num. 73. Marius Italia lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 19. & Antonius de Marinis quotidian. refol. cap. 180. num. 12. Ratio eſt, quia Epicepsus extra ſuam diœcesim nullam habet autoritatem, nec Pontificalia exercere potest.

3. Verum contraria ſententia potest ſuaderi, quia Concilium Auriſliense in cap. id confitimus, 17. quæſt. 4. indiſtinctè aſſert palatum Episcopi gaudere immunitate, neque hoc coaſtat in eius diœcesi; & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Adde quid cum agatur de re favorabili; ut in ſimiſi caſu notat Germanius de favor. immunit. lib. 3. cap. 16. num. 49. favor extendi debet. Deinde, ut obſeruat Gambacorta lib. 4. cap. 3. num. 7. hæ immunitas confeſſa eſt loco, ratione perſonæ Episcopalis, propter sanctitatem minoris, & dignitatis: & ideo, ut diximus, palatum Episcopi gaudet immunitate, etiam ſine Capella, & etiam extra quadraginta paſſus Ecclesiæ. Ergo in quacumque parte fuerit Episcopus, ratione eius perſonæ, cuius intuitu conceſſum fuit hoc priuilegium, gaudere debet immunitate eius palatum. Nec valet argumentum Peregrini; nam licet Episcopus in aliena diœcesi non possit exercere Pontificalia, attamen dignitas eius perſonæ, etiam in tali loco, magnam habet reuerentiam & authoritatem. Vnde Episcopus aliunum Episcopum in ſuam diœcesi debet valde honore, & particularem reuerentiam exhibere, & in loco eminentiori, & in propria ſede collocare, etiam ſi ſuſcipit, Cardinalis ſit, & qui ſuſcipitur, non: ut habeat in cap. Episcopi 7. quæſt. 1. & docet Mauritius Alzedus in praxi Episcop. part. 1. cap. 6. num. 11. vbi citat Chalaneum, & Zerolam.

4. Sed his non obſtantibus, an hæc opinio ſit probabilis, alii iudicandum felinq[ue], certum tamē pra in Ref. apud me eſt, palatia Cardinalium extra Urbem existentium dicta immunitate gaudeat, ut tenet Antonius de Marinis loco cit. Marius Italia lib. 1. cap. 4. inſtr. in tr. 14. 15. & 16. §. Secundo Palatia. & nouiſſime Caſtrus Palauſt tom. 2. diſp. vñc. de immunit. Ecclesiæ punct. 6. num. 23. Ad id. lin. 6.

R E S O L . XXI.

An domus Parochorum, Canonorum, & clericorum Ecclesiæ ſtitorum exiſtentis prope triginta paſſus Ecclesiæ, gaudeant eius immunitate, etiam ſi habentur a laicis?

Et